


E. Olavius.
De igne subterraneo
in Islandia.



DISQVISITIO ANTIQVARIO-PHYSICA
PRÆMITTENDA ENARRATIONUM ISLANDICARUM PARTICULÆ SECUNDÆ,
DE

ORTU & PROGRESSU SUPERSTITIONIS CIRCA IGNEM ISLANDIÆ SUBTERRANEUM, VULGO INFERNALEM,

SUPERSTRUCTA

FIDEI SCRIPTORUM BOREÆ FABULOSORUM,

EX
ANTIQVISSIMIS MANUSCRIPTIS IMPRIMIS
VERO E SPECULO REGALI,
CUJUS
PARTICULAM PRIMAM
PUBLICO OPPONENTIUM
EXAMINI SUBMITTIT

EGERHARDUS OLAVIUS ISL.

RESPONDENTE
NOBILISSIMO ET OPTIMÆ SPEI JUVENE
DAVIDE SCHEWINGIO,

In Auditorio
COLLEG. MEDIC.
Anno 1751. die 2 Jun. h. p. m. f.

HAFNIÆ
Typis Berlingianis excudebat Ludolphus
Henricus Lillie.


Imprimatur,
J. C. Kall.



Ad Lectorem.



De respectu præsentis Disqvisitionis, qvæ monenda sunt, sistunt primæ & ultimæ Paragraphi. Instituti ansam porrexerunt, vel potius obtruserunt qvidam exteri, qvibus, qvum de fide Scriptorum nostræ Gentis antiqvorum agitur, aqva semper hæret. Cum autem hæc etiam eventus naturæ contineant, figmentis satis implicite circumretitos, qvibus superstruenda est Revolutionum Islandici ignis Historia, dubii fallacitatem prodere, & qvæ credenda sunt, monstrare duxi fore peropus. Nemo tamen, opto, nimiæ fabularum vel superstitionum confidentiæ me insimulabit, cum mediam viam qvæsiverim, inter binas istas utrinqve extremitates, in qvas multos delabi videmus, qvi Monumenta nostratum fabulosa volventes, omnia vera, mixtim ac falsa, aut ad falsa solum, aut vera referunt. Postqvàm igitur scripta fabulosa in suum redegi ordinem, notam illam superstitionem ingressus, de subterranei ignis inferno in Islandia, in eo potissimum operam meam collocavi, ut



vera, qvæ hanc superstitionem progenuerunt, & naturâ, etiam à doctioribus, falsa esse visa sunt, promulgarentur, & ab iis, & qvæ aspectu & re falsa sunt, secernerentur. Ut sunt: Ignes olei instar, tum in terra, tum in mari & lacubus, Saxis, ipsaqve aqvâ ardentes; Ignes, in ipsis montium & terrarum incendiis, ligna, gramen, vel alias res facile inflammabiles, non consumentes, &c. Qvod primos fabularum orbus apud veteres, sive antiqvissimam fingendi methodum & Historiam spectat, tam generaliter, qvam in specie de montibus Islandiæ ignivomis, eos alibi exposui, singulari libello, cujus titulus est: Populorum Borealium Theologiæ gentilis Historia, & qvi agit de natura deorum & geniorum juxta harum gentium Pnevmatologiam, sive Magiam Practicam. Hunc, cum aliqvantisper preli occasionem exspectaverit, sæpius citavi, & eo, tanqvam fundamento usus sum. Cæterum Lector, ignosces, rogo hujus materiæ præmaturæ abscissioni, & illam potius inevitabili atqve improvisæ remoræ, qvam propriæ tarditati tribues. Vale!

Sectio Prima,

De

Scriptoribus Septentrionis antiqvis qvomodo noscendis & qva credendis.

CAPUT PRIMUM,

De

Fide Scriptorum Septentrionis Fabulosorum in genere.

§. 1. Absoluta qvalitercunqve revolutionum historia, qvas Islandia, ante hominum memoriam passa est, ad historiam progre-

grediendum eſt reſiduam, mutationum & everſionum omnium, qvas in Islandicæ terræ ſuperficie, poſtqvam à Norvegis & aliis vicinis gentibus occupata eſt, ad noſtrum usqve tempus, progeneravit ignis ſubterraneus.

§. 2. Qvoniam autem aliqvoties, in allegandis poſthac, veterum ſcriptorum Islandicorum ſententiis & teſtimoniis, occurrunt res, & ſpecie & natura commentitiæ, qve fidem eorum ſubleſtam reddere videntur, & aliqvatenus noſtrarum narrationum fundamenta ſubruere, neceſſum duxi, prius qvam nos narrationis operi accingimus, impedimenta removere, & aliqva præluſione eorum nomen, qvâ inſtitutum poſtulat, tueri.

§. 3. Sane non inficias iri poterit, qvin fabuloſa iſta & ſuperſtitioſa eventa qvæ ſparſim vetuſtiſſimas noſtras membranas prolixiores efficiunt, cauſa fuerint affectæ illarum fidei, dederintqve jugiter anſam externis ſcriptoribus, hanc ipſis planè abrogandi, ferendiqve de iis acerbum judicium.

§. 4. Hanc ob rem, ut judiciis ejus farinæ qvadantenus mederetur, conſcripta eſt Hiſtoria illa gentilis Theologica, qva jacere prima fundamenta, noſcendæ in fabulis veritatis, & ſimul defendendæ Auctorum Veterum famæ, cogitabam, continet enim hæc fabulas, earum ortus & fingendi modos antiqvitatis, qvæ omnia noſtrum inſtitutum ſpectant & promovent.

§. 5. Qvoties Auctorum Antiqvitatis Borealium fides experiunda eſt, in certas claſſes debent diſtingvi, ut primo generaliter in *Serios* & *Jocoſos*. Jocoſi iterum vel merè vel ex parte *Jocoſi* ſunt. Merè Jocoſos voco, qvi fabulas ſolum continent vel commenta, illo tantum reſpectu efficta, ut miros & inauditos eventus narrando, lectorem delectent, tempusqve fallant & tædium. Ex parte Jocoſi ſunt, qvi etiam ſi fabulas dicto

 modo



modo perhibeant, tamen vel nomina vel res, de qvibus agitur, aliqvando verè extiterunt, & qvibusdam circumſtantiis, vel antiqvitati, vel recentioribus fingendi de ſe occaſionem dederunt.

§. 6. Tales Hiſtorias noſtrates ſpeciali nomine Skrøk-ſaugur, ſive fictitias narrationes vocant. Scriptorum merè Jocoſorum & Fabuloſorum multa ſunt exempla, ut Eyreks vydførla ſaga, Ingvars ſaga & multæ aliæ, qvas (*a*) Torfæus enumerat. Scripta ex parte Jocoſa & Fabuloſa ſunt: Hervarar og Boſa ſaga & Þorſteins Vykings Sonar ſaga, de qvâ olim (*b*) Bartholinus & (*c*) Reenhielmius controverſati ſunt. Freqventer etiam vetuſtiſſimæ ſeptentrionis hiſtoriæ, ad earum claſſem, qvæ ex parte fabuloſæ ſunt, referuntur.

(*a*) Vide ſub initium, ſeriem Regum Danorum.
(*b*) Antiqvitatum Danicarum lib. 2. cap. 1.
(*c*) Not. ad Hiſtoriam Olai Trigvini, cap. 12. Auctore Oddo Monacho.

§. 7. Scripta *Seria* ſunt, qvorum reſpectus eſt Serius, ſive rerum geſtarum veritas. Poſſent qvoqve ad horum numerum referri ultimæ Jocoſorum claſſis hiſtoriæ (§. 6.), ſi ad materiam tantum reſpexiſſem, hæc enim plerunqve gravis eſt, & triſtibus eventis, ut pugnis & cædibus ſevera. Verum ad Seria reſpectus potius exigitur (§. 5.) qvam materia, videmus enim Tragœdias, & fabulorum cenſoriam gravitatem, multis hominibus longè eſſe Jocoſiores & magis delectabiles, qvam comicam levitatem.

§. 8. Scripta *Seria* ſunt Multiplicia, ea autem tantum ad noſtrum ſcopum pertinent, qvæ fabuloſa ſunt, ſive à fabulis non immunia, & horum ſigillatim fides eſt, qvam inſpiciendam eſſe & firmandam ſupra (§. 2, 3 & 4) innui. Scripta Seria, qvæ fabulas in ſe continent & qvorum nihilominus auctorum fides

afflicta

afflicta jure non est, in duas classes dividuntur. In priori sunt, qvæ merè Jocosa esse & fabulosa prima fronte videntur, revera autem circa res, veras & serias versantur, in his enim auctores eorum sub fictis certarum personarum nominibus & circumstantiis, verarum vitas & gesta tradunt. In secundâ, qvæ verorum gerunt titulos & etiam vera sunt, præterea qvod fabulas paucas, serias & certâ ratione compositas, admixtas sibi habeant.

§. 9. Prioris classis exemplum nobilissimum est Edda, qvæ rudimenta Theologiæ Septentrionalis Ethnicæ, ab Othino tradita complectitur. Hæc in plures, sed perbreves Historias divisa est, qvæ etiamsi nudæ esse fabulæ appareant, tamen revera sunt doctrinæ morales, partim ex scriptura sacra, partim Græcorum & Romanorum Philosophorum placitis haustæ, & (*d*) ob certas rationes politicas, pro eventuum antiqvissimorum numero, sub commentitiis deorum, & locorum nominibus, Exemplaris Historiæ instar propositæ, qvam ob causam Dæmi saugur, hoc est exempla Historica, sive Exemplares Narrationes appellantur. Hinc (*e*) Resenius non rectè, forte incuriâ Dæmi saugur fabulas reddidit, (*f*) Bartholinus autem melius Mythologias vocavit.

(*d*) Hist. Theol. Sect. I. cap. I. 2. & seqq.
(*e*) Edda Impr. Hafn.
(*f*) In ejus antiqvitatibus danicis.

§. 10. Classis posterioris exempla sunt fere innumera, qvippe rarissima sunt Auctorum Borealium antiqvorum scripta, qvorum incorrupta fides est, in qvibus non talia figmenta deprehendantur, cum autem horum usus sim opera, in seqventi subterranei ignis historia, & in ipsam figmenta passim incurrant, in vindicanda eorum fama specialem operam consumam.

CA-



CAPUT SECUNDUM,

De

Fide Scriptorum Septentrionalium, in specie, qvi Fabulas Politicas, Relligiosas & superstitiosas perhibent.

§. 11. Ex titulo hujus capitis patescit triplicis generis esse fabulas, qvæ in auctorum nostratum seriorum vulgoqve classicorum scripta irrepserunt. Politicas nempe, relligiosas & superstitiosas. Hæ omnes valde cognatæ sunt, & eandem plerumqve originem noscunt. Si vero alia earum divisio esset condenda, hæc ab ætate desumeretur; Qvasi fabulæ politicæ sint primitivæ & generatrices relligiosarum, qvæ iterum superstitiosas ex se progignunt.

§. 12. Fabulæ enim *Politicæ* sunt, qvas principes & alii homines majoris notæ, vel de se ipsis, vel aliis ementiebantur, ad stabiliendam vel ampliandam propriam dignitatem. Sive, qvas ipsum vulgus ultro spargebat, admiratione captum, de magnis hominibus, qvi præter opinionem, singulari virtute, sapientia, & felici rerum gerendarum successu, à summo numine beati sunt. Nam consentientibus ipsis atqve annuentibus, statim eos vulgus, vel pro semi-diis, vel deorum sociis & familiaribus, habuit.

§. 13. Insigne fabularum poëticarum exemplum dedit Othinus (*g*) qvi felicissimos sui progressus omnes propriæ scientiæ adscripsit, & supranaturali potentiæ, unde in vita ad summam rerum, & post mortem ad summos deorum honores evectus est. Sic etiam (*h*) Capri-Biörno, vulgo Hafur-Biørn, deorum tutelarium sodalitio felicissimus ditissimusqve evasisse fertur.

(*g*) Hist. Theol. Sect. 1. cap. 1. in Chron. Sturlæsoniano.
(*h*) Ibid. Sect. 3. cap. 1. in libro originum Islandicorum.

§. 14.


§. 14. Fabulæ *Relligiosæ* sunt figmenta, qvæ pro certissima sanctissimâqve veritate habebantur in doctrina Ethnicorum Theologica. Hæ à Juris Universalis Patronis & Sacerdotibus initio, componebantur & plebi communicabantur, partim ad coercendam eam & in cœca obedientia tenendam, partim ad facultates sui multiplicandas. Hinc sæpissimè Fabulæ Relligiosæ Politicis admiscentur & adunantur, rationes enim Politicas in causa fuisse fabularum multæ nos Historiæ edocent.

§. 15. Exempla fabularum relligiosarum permulta sunt, ut qvæ leges sacra, vel constituebant, vel ex iis pendebant. Talia sunt in (*i*) Edda præmia & pœnæ actionum humanarum post mortem, ut morsus angvis magni Nid-höggi, & carcer venenatus in Nifl-heimo; bonus vero potus & omnifaria gaudia in cœlis Sic (*k*) Ingemundus Priscus, cum eximium Rafneri gladium ættar-tanga frustra expetivisset, alliciebat incautum Rafnerum, ut fanum secum ingrederetur, ast, cum contra leges & mores Ethnicorum gladium inscius portâsset, statim Ingemundus, ut Hof-Godi, sive sacorum antistes, Goda-gremmi, hoc est iram & odium deorum ei indicavit, amiceqve persvasit, ut ad placandos Deos gladium ipsis dicaret, & in fano relinqveret. Coactus morem gessit Rafnerus, Ingemundus autem hoc modo gladio potiebatur.

(*i*) Hist. Theol. Sect. 1. cap. 4. ex Edda.

(*k*) Vatns-dæla saga, cap. 17. Hæc Historia de qvibusdam Islandiæ Borealis Athletis agit.

§. 16. Fabulæ *Superstitiosæ* sunt figmenta, qvæ è legibus sacris & fabulis relligionis (§. 14.), sive de natura deorum traditionibus, sive ratione hausta sunt. Ut autem superstitiò qvemlibet cultum significat, qvi vel est supervacaneus vel sine sufficienti ratione in primitivis relligionis præceptis fundatur, initio plerumqve à plebe ita fabulæ superstitiosæ sunt, qvæ superstitionem continent & adaugent.



§. 17. Tales sapiunt fabulas antiqvissimorum svecorum opiniones, qvibus *Drottnos*, sive Reges suos annonæ mutationes efficere credebant, & ita vel immortales in tumulis suis annonæ bonitatem prolongare, vel caritatem mactatos tollere credebant. Sic (*l*) Freyum, ab Othino tertium, tumulatum vivere & annonam dirigere; contra (*m*) Domaldum ab Othino octavum, ejus caritatem efficere opinabantur, unde sangvine ejus idolorum suorum aras perspergebant. Simili modo Olaum Tretelgiam sive (*n*) lignicidam trucidârunt, & ejus hostias Othino litarunt.

(*l*) V. Sn. Sturl. Heims-Kringla Part. 1. cap. 12.
(*m*) ibid. cap. 19. (*n*) ibid. cap. 47.

§. 18. Hæ tres fabularum divisiones, ut antea (§. 11.) diximus, inter se multum conveniunt, & sæpius idem sunt, ipsa materia, nimirum cum de religione agitur, unde qvis posset objicere: inutilem esse hunc divisionem, sed nihilominus respectu temporis manebit assertio (§. 11.) qvoniam fabulæ politicæ sunt Primitivæ, sive ortum præbent fabulis religiosis, & in eas paullatim abeunt, absqve plebis, & etiam non raro ipsorum antistitum scientia, ita ut tunc politica earum ortus ratio, vulgo non internoscatur. De fabulis superstitiosis idem dicendum est, nam priusqvam superstitio existit, necessum est existat relligio, licet in eam non raro, sive leges sacras publicas, superstitio longinqvitate temporis transmutetur.

§. 19. Sed & in super non raro ipsa materia differunt, Fabulæ Politicæ à religiosis, qvoties non ad pietatis, sive Relligionis similitudinem, recta tendunt, nec ab auctore intenditur, ut ita æstimentur. Parimodo fabulæ superstitiosæ à relligiosis interdum vera differunt materia, qvum falso & absurde ab iisdem derivantur, licet aliqvanto post tempore pro

vera

vera relligione accipiantur & ita alias ex se superstitiones progignant.

§. 20. Cum jam ipsa antiqvitas recitatas huc usqve fabulas confinxerit, & eventuum tam naturæ qvam hominum narrationibus illas admiscuerit, qvis unqvam historicos, qvi illas cum rebus cæteris, literis mandarunt, mendacii jure insimulabit, vel eam ob rem ipsorum infirmabit fidem. E contro, me judice, iis grates habere debet posteritas, qvod silentio illas non transierint, ut plerumqve maximè necessarias, ad difficillima historiarum loca dilucidanda. Inculpati autem historici munus est palmarium, omnia, qvæ ad illustrandam, qvam tractat, rem pertinent, afferre, unde dictos nostrates historicos (§. 11.), qvæ debuerunt, præstitisse constat.

§. 21. Qvi autem à veteribus exspectat, ut Philosophicum criticumqve de talibus figmentis examen instituant, illi respondeo: Veteres auctores non egisse censores actionum præteritarum, sed duntaxat recensores. Si de iis sermo est, qvi gentilem historiam conscripserunt, citissimè eos excusare possumus, cum non oculati testes adfuerint, sed majorum suorum relationes exaraverint, nam cum Christianismo, & qvidem primum Seculo undecimo, librorum scriptio incipiebat. Consimiliter, qvi in Christianismo, de rebus sui temporis scripsere, excusamus historicos, qvoniam eventus superstitiosos, prout vulgus clerusqve tradidit, notarunt, non prout ipsi viderunt, vel se vidisse confessi sunt, ut, sive ipsi superstitionibus imbuti fuerint, sive non, integram historiam posteritati relinqverent, qvæ verum à falso posset distingvere.

Sectio



Sectio Secunda,

De

Ortu & Progressu Superstitionis circa ignem Islandiæ subterraneum, qvod infernalis sit, ejusqve Examine.

CAPUT PRIMUM,

De

Origine hujus superstitionis in Ethnicismo.

§. 22. Hucusqve de fabulis & superstitionibus in genere verba fecimus, diximus, qva eorum fides tuta sit, qvi eas mixtim cum veris in libros suos conjecerunt. Posthac autem de illa solum superstitione agendum est, qvæ prima jecit fundamenta rudis istius opinionis, qvod subtus in Islandia locus esset æternorum cruciatuum, & qvod ignis ille subterraneus, qvi passim in illa Insula compluries erupit, pars esset ignis infernalis, qvo impii torqventur, cum in seqventibus ignis Islandici revolutionum narrationibus, hujus superstitionis non raro vestigia legantur.

§. 23. De hac superstitione audacter scripserunt & veram esse asseverârunt plures exteri, qvorum infra nomina lectori communicabo. Contra eos surgebat Arngrimus Jonæ Islandus, Patriæ contra Calumniatores propugnator acerrimus, eorum, de hac superstitione testimonia (*o*) negando & cavillando. Hujus qvoqve superstitionis ortum tetigit, secundum Argrimum (*p*) Thomas Bartholinus, neuter autem horum duumvirorum eum monstravit, vel Superstitionis progressum & mutationem enucleavit, unde id tentare mihi proposui.

(*o*) Comment. de Isl. Fol. 27. & seqq.
(*p*) Antiqvit. Dan lib. 2. c. 6.



DISQVISITIO ANTIQVARIO-PHYSICA
PRÆMITTENDA ENARRATIONUM ISLANDICARUM PARTICULÆ SECUNDÆ,
DE

ORTU & PROGRESSU SUPERSTITIONIS CIRCA IGNEM ISLANDIÆ SUBTERRANEUM, VULGO INFERNALEM,

SUPERSTRUCTA

FIDEI SCRIPTORUM BOREÆ FABULOSORUM,

EX
ANTIQVISSIMIS MANUSCRIPTIS IMPRIMIS
VERO é SPECULO REGALI,
CUJUS
PARTICULAM SECUNDAM
PUBLICO OPPONENTIUM
EXAMINI SUBMITTIT

EGERHARDUS OLAVIUS, ISL.
RESPONDENTE
NOBILISSIMO ET OPTIMÆ SPEI JUVENE
DAVIDE SCHEWINGIO,

In Auditorio
COLLEG. MEDIC.

Anno 1751. die Dec. h p. m. f.



HAFNIÆ
Typis Berlingianis excudebat Ludolphus
Henricus Lillie.

Imprimatur

J. C. KALL.



§. 24.



Primos fontes Superſtitionis circa ignem Subterraneum longè eſſe antiqviores, qvam vulgo creditur, jure mihi perſvaſum habeo, cum in Primitiva Ethnicorum Theologia eorum Origo qværenda ſit. Ignis primum eſſe Creatorem, Sive potius Inveϐtorem Othinum, ex (q) Edda conſtat, qvi Promethei inſtar, è cælo, Supremi numinis (r) Antemuudano, rapuiſſe Igniculos, in cœlum terræ noſtræ nuper conditum transtuliſſe, & Solem Lunam aliasqve Stellas ex iis feciſſe fertur. Hinc in Othini poteſtate Situm eſſe credebatur, (s) Ignem exſtingvere & moderari, nec non (t) Amicos ſuos contra Ignis Vim munire.

(q) Eddæ Part. I. Cap. 6. Þa toku þeir Siun or Muſpells-Heimi oc ſettu ofann oc nedann a Himninum at lyſa Jaurdunni. h. e. Tunc Sumebant ignitas materias è mundo Muspellenſi & conſtituebant eas in cœlo Superius & inferius, ut illuminarent terram.

(r) Hiſt. Theol. Sect. I. Cap. 2.

(s) Sn. St. Æfi Noruegs Konunga Part. I. Cap. 6. Othinn kunni med Ordom einom, at ſlauckua elld, kirra Sia oc ſnua Uindom a huoria leiþ er Hann Uilldi. h. e. Othinns poterat nudis Verbis compeſcere ignem, mare Sedare, & ventos qvocunqve voluit vertere.

(t) Ibid. Cap. 7. Huartki elldr nie Jarn orkti a þa. h. e. Neqve ferrum neqve Ignis eos Superabat vel contra eos qvid efficiebat.

§. 25. Similiter Othinus, qvi (u) Supremus esse, & Parens Omnium Deorum credebatur iis hanc in ignem potestatem, ut alias creatas res, dedisse fertur. Inter Deos Superores (x) Specialiter Niordero Freiri Patri hæc tribuitur.

(u) Hist. Theol. Sect. I. Cap. 2.
(x) Eddæ Cap. 12 & 14.

§. 26. Ut autem inter Deos Minores Terrestres, Land-vætti, Sive Terræ Genii Tutelares regionum curam gerere (y) Olim putabantur, & Subterranea receptacula, montes collesqve inhabitare, ita hi potestatem maximè Specialem apud Othinum, regendi terrestrem Ignem Obtinuerunt, qvod infra monstrandum est.

(y) Hist. Theol. Sect. III. Cap. 1.

§. 27. Land-vættorum naturam & potestatem alio loco, Scilicet in Historia Theol. in lucem protulimus. Inter Deos Minores erant, & præsertim Tutores esse putabantur & promotores rei Oeconomicæ, omnium terræ revolutionum præscii, ut (z) ruinæ montium (aa) eruptionum Ignis Subterranei & aliarum, de qvibus amicos Suos præmonuerunt. Ipsi etiam Montes & Saxa inhabitabant, unde Sæpius (bb) **Biarg buar** Sive Saxicolæ vocantur. (cc) Irati, homines â propriis habitaculis prohibere potuerunt & Reges regnis expellere, qvod exemplo Erici Blodöxii, Norvagiæ Regis notum est, per (dd) Eigilli Skalla-Grimi filii Incantamenta.

(z) Sagann af Rafn-Katli Freis-Goþa. Cap. I. Ubi Hallfredus Rafn-Ketili Pater per talem Land-vættum certior fit in Somnio, de imminentis Montis Geit-dalensis ruina. Et Land-nama Saga Part. 4. Cap. 3. De ruina Skrid-dalensi Simile exemplum Suggerit.

(aa) Landn. Saga de Rafno Hafn. likilo Part. 4. Cap. 12. Hann vissi firir ellds-upkomu, oc færdi þa Bu sitt i Lag-ey. h. e. Hic præsciebat Ignis Eruptionem & transmigrabat in Lag-eyam. Ubi tacitè Land vættorum præmonitio indicatur.

(bb) Vid.

(bb) Vid. Capri-Biörnonis Exemplum Landn-Saga, coll. Hist. Theolog. Sect. 3. Cap. I.

(cc) Hist. Theol. loco cit. & Olafs Triggvas. Saga. Part. 2. Cap. 48. Ubi de Land-vættorum fugitivorum infestationibus Sermo est.

(dd) Sagan af Agli Skalla-Gr. syni. Cap. 37.

§. 28. Qvamvis abundantem exemplorum freqventiam Suppeditent monumenta Islandica, tamen in Islandia non primum exorta est hæc Superstitio de Land-vættis, sed Norvegi è sua Patria in Islandiam eam transtulerunt, qvod non solum (ee) è fuga & exilio Landvættorum in Norvegia, constat cum Christiana relligio radices agere cœpisset, sed & antiqviori (ff) Eig. Skalla-Grimii exemplo. Hic, cum illi controversia cum Gunnhilda vulgo Regum Matre dicta intercederet & Eirico Norvegiæ Rege, Marito ejus, ulturus illatam sibi injuriam, Magicis, incantationibus & in erectum contum Sublato eqvæ capite dehiscenti, Land-vættos jussit (gg) ut Regem & Reginam abigerent, regnoqve & terris subjectis exuerent. Patet autem inde, eandem Norvegis superstitionem inhæsisse, præsertim cum privato paulopost regno exulante & in Angliam se recipiente Erico Rege, cum Gunhillda, vulgo creditum fuerit; id tribui debere Eigillo, qvi suis incantamentis Land-vættos Norvegicos compulisset ad voluntatem suam exseqvendam, Regemqve regno extrudendum.

(ee) Ol. Triguas. Saugu. Part. 2. Cap. 45. Ubi Rex Olaus Trivinus Land-vættum qvendam navigantem insectatur. conf. ib. Cap. 48.

(ff) Eigils Sk. Gr. S. Saugu. Cap. 37. Eg sny Nydi þessu a Land uættir þær er þetta land biggia, suo at allar fari þær uillar uega ok enginn hendi nie hitti sitt inni firr enn þær reka Eirek Konung og Gunnhilldi or landi. h. e. Dirigo hocce efficax infamiæ Signum in Terrestres Deos qvi hanc terram (Norvegiam qva tunc Solvebat Eigillus) in habitant, ut omnes palentur errabundi, nemoqve offendat inveniatue suum habitaculum, priusqvam expulerunt Eiricum Regem & Gunn-hildam e Regno,

(gg) Ibid.

(gg) Ibid. conf. Supra §. 27.

§. 29. Sed in Islandia major esse putabatur Land-vættorum numerus, ex montositate hujus Insulæ, qvâ, pro magnitudine terræ & continuis celsissimorum Montium jugis, alias regiones superat; Montana autem propria erant horum geniorum domicilia, unde qvædam (hh) Nomarchiæ Skapta-fellensis in Islandia Orientali, loca tanta eorum freqventia & imperiositate claruerunt, ut diu nemo sedes ibi figere auderet. Et Magus, Haraldi, Gormonii, Daniæ Regis Explorator, in Islandiam missus, cum Rex Islandis ob contumeliosum carmen, bellum inferre Statuisset, ei nuntiavit (ii) omnia Insulæ montana ab his diis habitari, qvi eum Magica virtute profectum terram lustrare prohibebant cogebantqve infecta re reverti.

(hh) Landn. Saga Part. 4. Cap. 13. Aulver sun Eysteins nam land fyri austan Grims-A þar hafdi engin maþr þorat at nema fyri Land-vættum, siþan Hiørleifur uar drepinn. h. e. Aulverus Eisteini filius occupabat terram ab Orientali ripa Amnis Grims-aæ, ubi nemo ausus fuerat Occupare (fundum) post cædem Hiörleifi. Hic enim Occisus fuerat à Mancipiis suis, instinctu, ut credebatur Land-vættorum, qvoniam Deorum Gentilium cultum per totam vitam despexerat, testante socio ejus Ingolfo, primo terræ incola. vid. Loc. cit. Part. I. Cap. 7.

(ii) Vid. Knytlinga-Saga. Cap. 3. & Ol. Trigguas. Saga, or Heims-Kringla Sn. Sturlus. Cap. 36. Ubi inter alia hæc exstant: Hann sa at Fiaull aull oc Holar uaro fullir af Land-uættum. h. e. Videbat (Magus) Montes omnes & tumulos (Islandiæ) refertos esse interius Land-vættis.

§. 30. Ut è multitudine Montium concludebant Veteres Land-vættorum freqventiam, ita è constitutione eorundem, nimirum cavernositate intrinseca antrorum Cryptarumqve nam his qvoqve montes Islandici, montibus aliarum regionum præstant. Eodem modo ex hac cavernositate æqvè ac ipsorum Landvættorum potentia & Patrocinio (v. §. 27.) profecta est veterum Superstitio de jucundis apud eos post

mortem

mortem mansionibus, præsertim eorum, qvi vitam vixerunt qvietam, rusticam. Hæ mansiones tot erant qvot credentes, & familiis semper vicinæ, qvæ ad eas pertinuerunt. Sic (kk) Thorolfus Barbæ Mostrensis, se cum suis, in Montem Sanctum, post mortem recessurum esse credebat; (ll) Sel-Thorerus in Poris-Biaurg & Auduræ Posteri (mm) in Kross-hola. Imo apparuere Sæpius nuper mortuorum manes tales montes intrare. Ut (nn) Svanii Magi, montem Kald-bacum & Thorsteini Thorolfi filii, (oo) Montem Sanctum.

(kk) Landn. Saga Part. 2. Cap. 12. & Eyr-biggia-Saga Cap. 4. Pat uar trua Porolfs oc Frænda Hanns, at þæir dæo i fiallit. h. e. Credebat Thorolfus & ejus Agnati se, cum Supremum diem obirent, in montem esse Secessuros.

(ll) Landn. Saga. ibid. Cap. 5.

(mm) Landn. Saga. Part. 2. Cap. 16.

(nn) Nials-Saga. Cap. 14

(oo) Eyrb. Saga. Cap. 13.

§. 31. Ob tantam Land-vættorum potestatem (§. 28. & 29.), curam rei Familiaris (§. 27.) & in altera vita hospitalitatem, veteres eos extimescebant, & qvam maximis honoribus proseqvebantur. Mons Sanctus tanta religione colebatur, ut (pp) nemini illoto fas esset eum aspicere, nec liceret homines vel animalia, qvamdiu in morte manerent inqvietare vel infestare. Omnes actiones & signa effugiebant, qvæ his patronis suis ingrata esse & detestabilia sciverunt, ne metuere possent de eorum cohabitatione tutela & Sodalitio. Hinc, qvoniam eminentia cum hiatu mortuorum animalium capita vel capitum Simulacra abhorrere credebantur (qq) Lege Publica cautum fuit ne adnavigantes Islandiam rostris, vel exsculptis capitibus uterentur. Similiter eos, qvi no-

Vam

vam relligionem acceperunt deſerere irati credebantur & emigrare ex eorum viciniâ qvod è Viſione, (rr) Thorhalli Vatis & (ss) Thorhildæ Veneficæ clareſcit.

(pp) Vid. loca Citt. Eyrb. S. & Landn. S. þangat ſkylldi enginn O:þueginn lita, engo ſkylldi granda þar i Fellino, huartki fie nie maunnom, nema Sialfſt geingi brott. h. e. Nemo illuc illotus viſum flecteret, nec cuidam animanti ibi, in Monte, nocere, fas eſſet, ſive pecudes eſſent ſive homines, niſi ultro recederent.

(qq) Vid. Initium LL. Ulflioticarum in Landn. Saga. Part. 4. Cap. 7. qvæ illatæ fuerunt in Islandiam Anno Chr. 928.

(rr) Ol. Tr. S. Saga. Part. 2. Cap. 57. Ubi hic Thorhallus cognomine Vates apud Amicum Hallerum de ſida in convivio aliqvot ante diebus, qvam Thangbrandus Sacerdos ab Olao Trigvino Rege miſſus terram appelleret & fidem Chriſtianam prædicare auſpicaretur fugam Landvættorum videbat, deqvo ita L. cit. EiN myrgin, er þæir uaukto baþir, þa broſti þorhallr. Hallr mællti: Hui broſir þu nu: þorhallr Suarar: af þui broſir ec at margr Holl opnaz oc hvort Kuikendi byr ſinn Bagga, bæþi ſma oc ſtor, oc geora Fardaga. h. e. Matutino qvodam tempore, cum Ambo vigilarent (in cubili) Subridente Thorhallo inqvebat Hallurus: cur jam Subrides? Reſpondit Thorhallus: eam ob rem Subrideo, qvod multi tumuli aperiuntur & omnes Genii Sarcinas colligunt, majores & minores commigrantqve.

(ss) Loc. cit. C. 66. Cum Thorhallus qvidam Vir melioris notæ, Leproſus, Sacrorum in Islandia Boreali Antiſtes, per qvietem monitus, Ethnicorum cultui nuntium remittere ſtatuiſſet, & res Sacras diruere, Thorhilda qvædam Venifica, eadem nocte hæc videns, ex vicino prædio, in mediis tenebris expergefactis Servitiis juſſit armenta ſua & pecudes ſub tectum colligi, ne obvia fierent iratis fugitivis Diis, dixitqve inter alia: þaug uirþugligu Goþ, er hier hafa leingi dirdkut uerit, uerþa at flya nauþig oc i grimmom Hug, oc ætla at leita ſier Hælis oc Buſtaþar Nordr a Siglu-Nes. h. e. Auguſti iſti Dii, qvi hic diu culti fuerunt, fugam capere coguntur Inviti, infeſtoqve animo, qvæſituri ſibi effugium & habitaculum, ſeptentrionem verſus in ſiglu-neſio (Borealis Islandiæ Promontorio.)

§. 32. Forte juſto longius abiiſſe videar, cum ea, qvæ de Land-vættis narrata ſunt non tangere videantur Superſtitionem Ignis ſubterranei: Verum contrarium apparebit cum inſtituto ordine ad finem perventum eſt. Ea enim mittere neqvaqvam potui, cum ipſa fundamenta ſint fontesqve hu-

jus

jus ſuperſtitionis. Imo multo plura dicenda fuiſſent de horum Geniorum natura, noſtro inſervitura propoſito, niſi * alio in loco, qvæcunqve ad eos pertinebant collegiſſem.

* Nimirum in Hiſt. Theol. Sect. 3. Cap. 1.

§. 33. Id jam oſtendendum reſtat; qvomodo veteres Islandi & alii ſeptentrionis incolæ, in eam opinionem venerint, qvod Land-vætti ignem ſubterraneum dirigerent. Qvoniam autem tam in Norvegia, qvam aliis ſeptentrionis terris ante habitatam Islandiam ignotus fuit ignis ſubterraneus & tamen ipſi Islandi cultum land-vættorum â Norvegis acceperunt (v. §. 28.) neceſſe eſt ipſi Islandi juxta cognitionem illam, qvam de Land-vættorum Proprietatibus habere ſe opinabantur, Incendia ſubterranea Land-vættorum iræ adſcripſerint, cum è montanis ipſorum habitaculis prodirent.

§. 34. Sed præterea duplex erat cauſa, eaqve antiqviſſima hujus Islandorum Gentilium opinionis. Prior: qvod a Diis ſuperioribus Genios omnes ſive Minores deos, poteſtatem vel permiſſionem dirigendi ignem accepiſſe crediderint, igne ſe muniendi & tanqvam inſigni vel divinæ virtutis indicio utendi. Ortum Deorum terreſtrium qvod ſpectat (tt) alio loco innui, cum qværendum eſſe in (uu) Populorum ſeptentrionalium placitis circa naturam animæ præcipue poſt mortem in manibus vel Lemuribus, qvos divinæ eſſe naturæ volebant; & ſi homines in vita, ſingularibus animæ corporisqve virtutibus erant præditi, gaudebant fœlicitate & bono actionum ſucceſſu, poſt mortem in Tumulis ſepulcrisqve vivere credebantur & vivorum actiones curare, unde ſtatim adorabantur, colebanturqve ſacrificiis. Exemplo erunt (xx) Frejerus (yy) Grimerus Kamban primus Færöarum Incola & (zz) Rex Olaus Haldani Nigri Frater. Manium au-

 tem

tem Tumulos igne ſperpetuo eſſe circumdatos tradidere veteres, ad cujus forte ſimilitudinem in delubrorum aris (aaa) ignem nunqvam exſtingvendum ardere curârunt. Qvo ſepulcra coruſcabant, Hauga-Elldr ſive Tumulorum ignis vocabatur, cujus exemplum ſubminiſtrat (bbb) Gretteri Robuſti vita, qvi in Norvegia, cum Manibus Karii Priſci luctabatur, introgreſſus ejus tumulum Igne flammisqve munitum; Et (ccc) cantilena Hervaræ viraginis ubi de Igne Patris Fratrumqve ſepulcrali agitur Hac de cauſa etiam Geniis, qvi cum Manibus loca ſubterranea habitabant, ignem veteres tribuerunt, ut Land-vættis Norvegiæ fugitivis, qvos Satellites Olai Trigvini viderunt. (ddd) Et Gand-reidenſibus, ſive qvi in aëre eqvitantes flamma cincti cædes & bella nuntiabant, ut (eee) Niali ejusqve filiorum, qvi anno 1010 in Incendio Berg-thors-hvolenſi interfecti ſunt. Nec non (fff) Kafneri nobilis, qvi in Islandia occidentali anno 1213. decollatus eſt.

(tt) Vid Not. ad Hiſt. Theol. Sect 3. cap. 2. De Origine Nominis & ſuperſtitionis Alforum.

(uu) Ibid. Sect. 1. Cap. 2. & 4.

(xx) Sn. St. S. Æfi Noregs Konunga. Part. 1. cap. 13.

(yy) Landn. S. Part. 1. cap. 94.

(zz) Pattr Olafs Geirſtaþa Alfs, è Codice Regio Flateyenſi.

(aaa) Kialneſinga Saga, cap. 3.

(bbb) Grettla, cap. 16 Eitt Kuølld ſa Grettir Elld mikinn giørdann a Neſino, ok ſpurþi huaþ þat uæri. Audun kuad, hann eigi þar umm uarda, ſagdi ſa eirn mundi firi þeim Elldi rada, at eigi mundi gagn i uera um at foruitnaſt. Þar a Neſino ſtendr Haugr. ſtor og ſterkr, þar uar ilagdr Kar hinn Gamli. h. e. Qvadam veſpera videbat Gretterus Ignem ingentem accenſum eſſe in terræ lingula, qværebatqve qvid ille ſignificaret? Auduuus reſpondit, hoc nihil ad eum pertinere, dicens talem forte eſſe ejus ignis Moderatorem, ut nihil profuturum eſſet eum explorare. Ibi in lingula ſitus eſt tumulus magnus & firmiter exſtructus, in qvo repoſitus eſt Karius Priſcus. (ccc)

(ccc) Hervarar-Saga, ubi Hervara ignem accedens canit: Hirdom ei fælaz þott elldar brenni. h. e. Nolemus timere etiamsi ignes exardeant. Et cum ipsum superasset dixit: Hellz þottunz lec Heima i milli, er mic umhverfis elldar brunno, h. e. Nunqvam ego mihi videbar in tanto fuisse Periculo, (qvasi extra mundum essem abrepta), ut cum circa me ignes ardebant.

(ddd) Ol. Tr. S. Part. 2. cap. 48. Enn er þeir hausdo geingit umm Stund i Nattmirkino, sea þair hvar Elldr brann i Hellir, oc skundudo þangat til, þar sea þeir Troll maurg sitea uit Elld og taulobo sin a milli. h. e. Qvum autem aliqvantisper incessissent in nocturnis tenebris, videbant ubi ignis flagrabat in Antro & illuc properantes, conspiciebant Dæmones multos assidentes igni, & invicem confabulantes. conf. Hist. Theol. Sect. 3. cap. 1.

(eee) Nials-Saga Cap. 117. Ubi Hildeglumus qvidam visionem vidit noctu, sub diu tamen agens, talem: Leit hann i Vestr attina, oc sa hangat Hring og Ellds lit aa, enn i Hringnum Mann a Graum Hesti, hann hafdi Logandi Brand i Hendi. h. e. Convertens oculos versus Occidentem, videbat illic circulum igneum & in circulo virum eqvo Gryseo vectum, qvi manu tenuit ardens tigillum.

(fff) Sturlunga-Saga Part. 4, c. 16. & Rafns-Sagá, pag. (mihi) 87. Ubi Thorbiorno qvidam videbat tres Genios in aëre eqvitantes, præmisso igne ardente. Hann sa i Land-Sudr a Loptino, hvar Elldr for i Uestr enn eptir Elldinom sa Hann Mann rida, h. e. Videbat in aëre, qva Evro notum spectabat, ubi ignis ferebatur versus Occidentem, qvem homo eqvitans seqvebatur.

§. 35. Præter allatam jàm causam (§. 34.) altera, Posteriorqve exstitit ortus superstitionis circa ignem subterraneum Land-vættis adscribendum, idea puta veterum, de jucunda vita, apud eos in montibus post mortem transigenda (§. 30.). Eos enim generatim alterius vitæ delicias & calamitates tales finxisse videmus, qvales in hac vita maximas esse & maxime communes noverant. Ut (ggg) ludos Gladiatorios, lardum, carnem suillam, Medonem & potum bonum in Valhalla & Cælis; in inferno autem venena, & serpentum morsus. Sic, ut veteres septentrionales consveverunt amicos suos & præsertim advenas, tanqvam gratissimo

 hospi-

hoſpitalitatis domeſticæ ſigno (hhh) accenſa pyra in medio ædis pavimento cui communiter circumſederunt, & fovendo corpus colloqvendoqve tempus fefellerunt, excipere, ita confingebant, credebantve Land-vættos, cum homines vita emigrantes ad ſe in montes reciperent, omnimoda cum benevolentia tractare. Hanc ob cauſam legimus (iii) Thorſteinum Thorska-bitum Barbæ Moſtrenſis filium, (§. 30 & 31.) inter alia honorificæ hoſpitalitatis argumenta, etiam erectis multis pyris, Land-vættos eum in montem ſanctum introduxiſſe,

(ggg) Vid. Eddam.
(hhh) Hujus generis exemplis ſcatent omnes hiſtoriæ, qvas enumerare longum eſt.
(iii) Eirb-Saga cap. 13. Þat uar eitt Kuelld, at Sauþa maþr ſa, at Helgafell laukſt upp, oc brunnu inni i Fiallinu Elldar ſtorir. Hæirdi Hann þar mikinn Glaum, oc heilſat Þorſteine Þorſka-byt. h. e. Veſpere qvodam videbat Opilio montem ſanctum aperiri, & flagrare intus in monte ingentes ignes. Audiebat ibi magnos plaudentium clamores, ſalutatumqve Thorſt. Thorska-bitum.

§. 36. Poſtqvam hæc expromſimus de igne in genere apud Land-vættos noto, qvæ derivationem præſentis ſuperſtitionis faciliorem effecerunt, ad ipſum demum ſcopum procedendum eſt nimirum iſtam Gentium Borealium & in Specie primumqve Islandorum opinionem qvod Dii Terreſtres vel Land-vætti ignem ſubterraneum moderarentur. Verum hæc opinio haud trita eſt in antiqvis monimentis ævi gentilis, cum ante habitatam Islandiam Vulgus Hyperboreum neſcierit Ignem Subterraneum (§. 33.) & à primo habitationis tempore, usqve ad Ethniciſmi finem, centeni tantum Viginti & Sex anni ſe circum egerint, qvi non niſi Tres eruptiones notas produxerunt. Nihilo tamen Secius in antecedentibus, hanc ſuperſtitionem tanqvam monſtratam, jugiter ſuppoſuimus, ut à primis fontibus eam repetere daretur.

§. 37.

§. 37. Qvod enim ex his cunabulis illa ſurrexerit clarum eſt & evidens è primævorum Incendiorum Hiſtoria, licet enim expreſſè Land-vætti non nominentur, hoc nihil ad rem facit, qvoniam ex ipſorum natura alibi explicata, clareſcit, nullos alios Deos intelligi, eo excepto, qvod Dii Majores, ut Othinus, Niördus &c. (§. 24.) Generali poteſtate Ignem omnem, ut cætera naturæ Elementa, in ſuo teneant imperio, æqvè ac Land-vættos ipſos, qvibus regimen terrarum & rerum ſubterranearum dederunt. (§. 20.)

§. 38. Incendium Orientalis Islandiæ, in Nomarchiæ Skapta-fellenſis Paroecia Alpta-veri, qvod in anteceſſum, (§. 27.) attulimus, primum fuit ſpectaculum, qvod Ignis ſubterraneus hac in plaga edidit & colonis Norvegicis oſtendit; cum autem non multo ante tempore (kkk) Hafnar-Likilus, ex Alpta-vero emigrâſſet, alii Opinabantur eruptionem eum præſciviſſe procul dubio per præmonitiones Deorum Terreſtrium, qvi reliqvam hominum multitudinem (lll) hoc in opinato furore puniverunt coëgeruntqve ſedes ſuas Igni relinqvere.

(kkſi) Land-Nama-Saga Part. 4 cap. 12.
(lll) ibid. Par (i Alptaueri) uard ſeolbigt aþr Jard-Elldr rann ofan, þa fluþo allir ueſtr til Høfda brecku oc gørdo þar Tialld-buþir, er hæitir a Tiallda Uelli. h. e. Ibi (in Alpta vero) magna hominum multitudo ſedes fixerat, ante id tempus, qvo ignis terreſtris erumpens defluebat, e monte Glaciali Myrdals-Jøkli in ſubjectam terram) tunc omnes fugiebant ad Höſdabreccam & erigebant tabernacula, ubi nunc appellatur Tabernaculorum planities.

§. 39. Qvadrans Occidentalis Islandiæ alteram Eruptionem protulit, qvæ non minori vehementia facta eſt. Hæc eveniebat in Paroecia Kolbeinſtadenſi, & itidem novitios accolas in ſui admirationem rapiebat. Hic apertiora ſunt noſtræ ſuperſtitionis veſtigia, confictum enim eſt, ſive ex par-

 te

te qvadam fictum (mmm) Sel-Thorerum, ejusdem Viciniæ Antiſtitem (§. 30.) ſub id tempus ſenio confectum & cœcutientem, in prædio qvod ipſe inhabitabat, vidiſſe in amnis oſtio, intervallo duorum milliarium, appellentem navicula, virum torvum, qvo qvis infeſtus & iratus ex Land-vættis intelligitur. Hic egrediebatur ad vicinum prædiolum qvod **J Hripi** vocabatur, ibiqve Veſpera in noctem multum provecta terræ ſuperficiem aperuit, qvaſi per aperturam ſublatentem Ignem eſſet educturus, qvi qvoqve eadem nocte erupit horrenda violentia, non enim prædium modo ejectamentis ſuis coobruit, ſed & vaſtum circumjacentis terræ tractum, ſupra qvatuor Mill. Dan. in circuitu tumulis & alta Saxorum congerie, produxit, qvorum multa pars in liberum mare proruebat & non paucos, aliqvot Stadiorum ſinus, longitudine, fuſis in Incendio dorſis formabat. In cratere Monticulus relictus eſt, interius vacuus, qvi hodie in memoriam rei **Elld-borg** ſive arx ignis vocatur, rotundo enim munimento eſt valde ſimilis.

(mmm) vid. Landn. Saga Part. 2. cap. 5. Þorir ſa at Maþr Mikill oc Illilegr geck a land, til Bæar þes er i Hripi het oc grof þar i Stauþulshliþi. En umm Nottina kuam þar up Jard-Elldr oc braNN þa Borgar-Hraun. h. e. Thorerus videbat virum vaſto corpore, minaciqve vultu, in terram egredi ad villam qvæ in Hripio vocabatur. ibiqve terram eruere in introitu ſepimenti vaccarum. Nocte autem inſeqventi, erumpebat ibi ignis terreſtris & tunc exarſit Saxetum Borgenſe.

§. 40. Hæc duo Incendia circa prima habitationis tempora eveniſſe conſtat, eorum enim ſævitiam Primævi Habitatores Inſulæ ſuſtinuerunt. Alpta-verenſe prius accidiſſe videtur, cum paulo poſt inhabitatam terram ortum ſit, circa annum 900. Borgenſe autem poſterius, ut vergente multum ætate Thoreri, qvi Puer in hanc terram devenerat, ut videtur, circa Ann. 919.

§. 41.

§. 41. In utraqve Hiſtoria Superſtitiones occurrunt, qvæ Land-vættorum in Ignem ſubterraneum dominium ſtabilire videntur. In Priori favor in Rafnerum (§. 38.), in præmonendo & in Gnupum Capri-Biörnonis Patrem (§. 13.) ira, qvi ignis violentia expulſus, ob patratas antea cædes mortem evitare non poterat, occiſus ſubſeqventi hyeme. Contra Capri-Biörno, paupertate & afflictis rebus preſſus, ob ad ſpirantem poſtea fortunam, tam in ulciſcenda cæde Patris qvam bonis augendis Land-vættorum ſocietate & intima amicitia claruit. Ita ut credulum vulgus verum eſſe putaverit, qvod ſpargebatur, hos Deos, non ſolum ad capturas conventus & omnes actiones exſeqvendas eum comitaſſe, ſed etiam pecudes ejus fœcundo initu multiplicaſſe. In poſteriori ſimiliter tam favor Deorum erga Sel-Thorerum, cui puello ſubmarinus vir fata prædixerat, qvam in ſpecie revelationes ocultorum eventuum, cum licet cœcutiens, remotus eſſet 2 Mill. Spacio, noctu tamen hoc irati Land-vætti factum fugere eum neqviit.

§. 42. Cum igitur in utroqve caſu & Rationes Politicæ adeſſe potuerint. & Relligioſæ, erumpente è terræ viſceribus flamma, cum ignitis jaculis, ſubitam mortem viciniis minantibus, qvorum omnium, ut plane inſolitorum veras cauſas inſpicere neqvierunt, non citius in aliam opinionem delabi poterant, qvam qvod hic effrenatus furor & ſumme horribilis in locis ſubterraneis ortus, qvæ Land-vætti inhabitabant (§. 27.) iisdem qvoqve eſſet attribuendus, præſertim, cum ignem ſecum ducerent regerentqve (§. 33. 34 & 34.) unde offenſi, ad puniendos hoſtes, eum ex ſuis habitaculis mittere poſſent.

§. 43. Sed tertia iſta ignis ſubterranei eruptio, in Ethnicifmo

nicifmo

nicifmo ultima, hanc Gentilium fuperftitionem potiffimum confirmaffe videtur, qvi apertè dixiffe feruntur, eum nihil aliud effe qvam Deorum iræ flagrantis indicium. Accidebat hæc Eruptio in Auftralis Islandiæ provincia Olveſi, qvatuor aut qvinqve Milliaria Dan. recta a Thing-vallis, ubi Forum Islandorum Generale; (nnn) anno 1000, fub idem tempus, qvo Legati Regis Olai Trigvini, in eodem foro voluntatem Regis & amplectendam Chriftianam fidem annuntiabant. Sed accepto hoc nuntio tota concio permovebatur, ignem agnofcens fignum iratorum Numinum ob Legatorum Blafphemias & contra Deorum cultum perfvafiones. Et fane hoc ponderofiffimum negotium plane interturbatum fuiffet & lis armis difceptata, nifi unus ex optimatibus Infulæ, qvi hanc fuperftitionem, licet non adhuc Chriftianus, falfam effe perfpexit & in hoc nexu rerum Reipublicæ damnofam, monftraffet Ethnicis, Deos, non neceffario hoc igne tanqvam iræ indicio uti, cum anteaqvam ab ullis hominibus inhabitata fuerat Islandia, Ignis fæviiffet, & in ea evidentiffima fui veftigia reliqviffet.

(nnn) Vid. Krſtin doms-Saga cap. II. & Ol. Tr. f. Saga Part. 2. cap. 67. þa kuam Maþr laupandi, og ſagdi at Jard-elldr uar Upp-kuaminn i Olueſi, oc mundi laupa a Bæ Porodds Goþa. Pa toko Hæiþnir menn til Ords: Ei ero undr i, at Goþinn ræiþiz tølom ſlikom. Sno Ri Goþi mællti: umm huat ræidduz Goþinn, þa er hier brann Hraunit, er nu ſtaundom uier a. h. e. Tunc veniebat vir qvidam currens, dicebatqve terreftrem ignem erupiffe in Olvefio in Villam Thoroddi Goda ruiturum. Gentiles dixerunt: non mirum eft irafci Deos tali orationi. Snorro Godi dixit: cuinam irafcebantur Dii, cum hic flagrabat afpretum, cui nunc infiftimus.

